

*astra caeli exaltabo solum meum. Sedebo in monte excelsa, in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero Altissimo. Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum terra. Fugiamus ergo superbiam, quam detestatur Deus: diligamus vero humilitatem, qua cuncti iusti complacuerunt Deo. Magnum quippe donum est humilitas, magna gloria, magna felicitas, & honor possidentibus eam. In ipsa enim cursus sine defectu est, & sapientia integra atque perfecta. Nam per superbiam Phariseus ille humiliatus est, & per humilitatem Publicanus exaltatus: cum quo nos immortalitatis hereditate ac parte dignetur Dominus cum omnibus iustis. Quoniam ipsi convenit gloria in saecula. Amen.*

Luc. 18.

EJUSDEM SANCTI PATRIS EPHRAEM SYRI

SERMO COMPUNCTORIUS.

**V**enite dilectissimi. Venite patres & fratres mei, grex Patris electe, signati milites Christi. Venite filii, & sermonem animabus vestris salutarem audite. Venite, negotiemur, donec haec duret celebritas. Venite, apprehendamus vitam aeternam. Venite, mercedem salutem animarum nostrarum. Implete oculos vestros lacrymis: & confestim oculi mentis vestrae aperientur. Venite cuncti pariter, divites & pauperes, principes & subditi, senes cum junioribus, filii ac filiae, & omnis aetas: qui cupitis ab aeterno liberari supplicio, & regni caelestis heredes fieri. Cum sancto David imploremus misericordem & benignissimum Dominum, dicentes: *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte. Clamemus, ut clamavit caecus ille juxta viam sedens: Miserere mei, fili Dei altissimi. Et si aliqui prohibuerint, aut increpando filere jusserint; nos magis clamemus, & non defatigemur clamando, donec oculos cordis nostri aperuerit dator luminum Jesus. Accedite ad Christum, accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Assumamus bonam mentem, atque desiderium de regno & paradiso: & illico cunctae res saeculi hujus vobis vilescant. Contendite ad undecimam hanc horam: accelerate, ne excludamini. Ecce enim vespera*

Psal. 118.

Psal. 12.

Marc. 10. Luc. 18.

Psal. 133.

Matth. 30.

**A**σ· Εἰς τὸ ἔρανον ἀναθήσομαι, ἐπάνω τῆς ἀστρων ἔρανθ' ἀθήσω τὸ θρόνον μου, καθίσω ἐν ὄρει ὑψηλῷ, ἐπὶ πᾶ ἔρη τὰ ὑψηλά τὰ ἀπὸ βορρᾶν ἀναθήσομαι ἐπάνω τῆ νεφελῶν, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ ὑψίστῳ. Νωτὶ ἢ εἰς ἀδου καταθήσῃ, καὶ εἰς τὰ θεμέλια τῆ γῆς. Φύγωμεν ποιηθῆν τὴν ὑψηφανίαν, ἣν μισοῖ ὁ Κύριος· ἀγαπήσομεν ἢ τὴν ταπεινοφροσύνην, ἐν ἣ πάντες οἱ δίκαιοι ἀπρέστησαν τῷ Κυρίῳ. Μεγάλα γὰρ δῶρον ἡ ταπεινοφροσύνη· μεγάλη δόξα, μεγάλη σοφοσύνη καὶ τιμὴ τοῖς κεντημένοις αὐτῆν. Ἐστὶ γὰρ ἐν αὐτῇ ἀπίστος δόξα, καὶ ὀλοκληρὸς σοφία. Διὰ γὰρ τὸ ὑψηλοφροσύνης ἐταπεινώθη Ὀυρανός ὁ Φαρισσαῖος· καὶ διὰ ταπεινοφροσύνης ὑψώθη ὁ Τελωνίας, μετ' ἧ ἀξιώσασα ἡμῶς ὁ Κύριος τὸ ἀφθάρτυ μελῶδες σὺν πᾶσι τοῖς δικαίοις· ὅτι αὐτῶ ἀρέσει δόξα εἰς τὰς αἰῶνας. ἀμήν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΦΡΑΙΜ ΤΟΥ ΣΥΡΟΥ ΛΟΓΟΣ ΚΑΤΑΝΥΚΤΙΚΟΣ.

**Δ**ΕΥΤΕ ἀγαπητοὶ, δευτε πατέρες, καὶ ἀδελφοὶ μου, πᾶς ἐκλεκτὸν ποιῶμιον τῷ Πατρὶ, οἱ ἐσφραγισμένοι τῷ Χριστῷ στρατιῶται. Δευτε τέκνα, ἀκούσατε λόγον σωτήριον τῆς ψυχῶν ὑμῶν· δευτε, παρακαταστώμεθα ἕως ἕτε ἡμεῖς ἢ τῶν ἀγγέλων· δευτε, λάβομεν ζωὴν αἰώνιον· δευτε, ἀγοράσωμεν σωτηρίαν τῆς ψυχῶν ἡμῶν. Πληρώσατε τὰς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν δακρύων, καὶ διδάξτε ἀνοήτοι· οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς ἀφροσύνης ὑμῶν· δευτε, πάντες ὁμοθυμαδόν, πλῆθοι καὶ πάντες, ἀρχόντες καὶ ἀρχόμενοι, παρῆντα καὶ νεώτερον, υἱοὶ καὶ θυγατέρες, καὶ πᾶσα ἡλικία· οἱ βεβλῶμενοι τὸ ἀνοήτως λυβωθῆναι κολάσεως, καὶ τῆ βασιλείας τῆς ἔρανθ' κληρονόμοι γέσσομεν. Μετὰ τῷ ἀγίῳ Δαυὶδ, παρακαλέσωμεν τὸ ἐλεήμονα καὶ φιλάνθρωπον Κύριον, λέγοντες· ἀπαλάσθη τὰς ὀφθαλμοὺς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τῶ νόμου σου. Φάβομαι ἴδω ὀφθαλμὸς μου, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον· κραζόμεν, ὡς ἐκραξεν ὁ τυφλὸς· ἐλέησόν με, Κύριε, ἢ ἢ Θεὸς τῷ ὑψίστου· καὶ εἰάν τινες κωλύουσιν ἢ ἐπιτιμῶσι σιωπᾶν, ἡμεῖς μείζονα κραζόμεν, καὶ ἐκκαλήσομεν κραζόντες, ἕως ἢ ἀνοίξῃ τὰς ὀφθαλμοὺς τῆ καρδίας ἡμῶν ὁ φωτιστὴς Ἰησοῦς. Προσέλθετε τῷ Χριστῷ· προσέλθετε πρὸς αὐτὸν, & φωτισθήτε, & τὰ πρόσωπα ὑμῶν ἢ μὴ καταχρωθῶσι· λάβομεν ἔνοιαν καλὴν, καὶ πᾶσαν ἀεὶ τὴ βασιλείας καὶ τῷ πατρὶ εὐχαριστοῦ, καὶ διδάξω καταφρονήσετε τὰ τῷ ἀνόστον τῆτε παραγματοῦ. Ἀγωνίσασθε εἰς τὴν ὀκτακάτω ὄραν τὰ ὀκτώ·